

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Confidencia a
cum fonte primo

Aduersaria est confidencia
que periculis uitam suam pro certo commendat.
Et lubrica spes est
que inter fomenta peccati saluari se sperat.
Incerta uictoria est inter hostilia arma pugnare,
et impossibilis liberacio est
flammis circumdari et non ardere.

Augustinus de singularitate clericorum.

aduersaria est confidencia
quae periculis uitam suam pro certo commendat,
et lubrica spes est
quae inter fomenta peccati saluari se sperat.
incerta uictoria est inter hostilia arma pugnare,
et impossibilis liberatio est
flammis circumdari nec ardere.

Pseudo-Cyprianus Carthaginensis, *De singularitate clericorum*, 2 (CSEL 3.3, W. Hartel ed., p.175, ll.6-9).